



II. Abtheilung: Mittheilungen.

Compendium

Statutorum Congregationis Bursfeldensis Ordinis S. Benedicti.

Mitgetheilt von P. Bernhard Schmid, O. S. B. in Scheyern.

Zu wiederholten Malen war ich im Begriff, das vorbezeichnete in der hiesigen Stiftsbibliothek handschriftlich vorhandene Statuten-Compendium zur Veröffentlichung in den „Studien“ vorzubereiten. Allein gewisse Bedenken bezüglich der Opportunität einer Publication, ganz besonders aber die selbst durch mehrfache Umfragen nicht zu behebende Ungewissheit, ob die in dem vorliegenden Manuscripte enthaltenen Statuten der berühmten Bursfelder-Congregation nicht schon gedruckt irgendwo sich vorfinden, wirkte jedesmal lähmend auf mich ein und hielt mich von der Ausführung meines Vorhabens ab. Nachdem aber jüngst von hochangesehener und zuverlässiger Seite („Studien“ 1890. I. 67) auf das bestimmteste versichert wurde, dass die 1644 veranstaltete Sammlung der Bursfelder-Congregationsstatuten noch nicht durch den Druck veröffentlicht worden ist, und da überdies die Hoffnung geäußert wurde, „dass die „Studien“ aus der in der Scheyerer Stiftsbibliothek sich befindlichen Abschrift derselben interessante und für die Geschichte der Ordensdisciplin belehrende Mittheilungen bringen werden“ — will ich mit der Veröffentlichung derselben nicht mehr länger zögern; und zwar werde ich zunächst über die äussere Beschaffenheit des Manuscripts einige Bemerkungen vorausschicken, auf diese das Inhaltsverzeichnis folgen lassen und schliesslich

einzelne Statuten oder Generalcapitelrecesse nach ihrem Wortlaute mittheilen.

1. Das obenverzeichnete „Compendium Statutorum“ kam erst vor einigen Jahren durch Ankauf bei einem Hildesheimer Antiquar in den Besitz der hiesigen Bibliothek. Es besteht aus einem stark gehefteten Fascikel, welcher auf 187 Octavseiten die auf den von 1458 bis 1644 abgehaltenen Generalcapiteln der Bursfelder Benedictiner-Congregation beschlossenen Recesse oder Statuten und in 25 losen Beilagen die Fortsetzung derselben bis zum Jahre 1670 enthält. Dieselben sind auf starkem Papier in alphabetischer Ordnung mit Angabe der betreffenden Jahreszahl aufgeführt und im Allgemeinen ziemlich correct und leserlich geschrieben. Auf den ersten vier Seiten befindet sich ausser dem Fascikeltitel eine kurze Geschichte der Entstehung dieser Statutensammlung. Es wird zuvörderst berichtet, dass schon im Jahre 1497 „in Recessu capituli annalis pro securitate conscienciarum statutum est atque decretum, quod fiat una extractio omnium Statutorum capituli annalis per Dominum Abbatem Sponheimensem (Trithemium) in unum libellum;“ und dass im nächsten Jahre (1498) im Generalcapitel die von jenem „in unum libellum comportata statuta“ vorgelesen, von sämtlichen Vätern einhellig angenommen und 1500 dem Abte von Spanheim zur Drucklegung übergeben worden sind. Es scheint jedoch eine solche nicht zu Stande gekommen zu sein; denn Prof. Silbernagel führt (Joh. Trithemius, Landshut 1868 S. 241) die „Synopsis Statutorum annalis capituli Patrum de observantia Bursfeldensi“ unter den ungedruckten Schriften Trithem's auf. Im Jahre 1509 besorgte der Abt vom Godhardikloster zu Hildesheim eine neue Sammlung der Capitelrecesse und auf dem Generalcapitel des nächsten Jahres wurde angeordnet, dass jedes Kloster der Congregation von derselben eine Abschrift nehmen und die in ihr enthaltenen capitularen Anordnungen genau befolgen müsse. Da bei jedem jährlichen Generalcapitel immer neue Recesse erlassen wurden, so mehrten sich die statutarischen Vorschriften so sehr, dass man die Praesides und Definitores ermahnen zu müssen glaubte, „ne multiplicent amodo statuta sine causa multum rationabili et talis multiplicatio non parum primaevae institutioni derogare videatur.“ Indess mehrte sich die Zahl der Capitelstatuten immer mehr, so dass auf dem Generalcapitel 1599 die hochwürdigsten Aebte von Gladbach und Laach gebeten wurden, „ut ad utilitatem ordinis dignentur, ex variis annualium capitulorum recessibus colligere et in ordinem redigere ea quae ab anno 1510 collecta non sunt.“ Da jedoch diese so sehr gewünschte Sammlung nicht zu Stande kam, wurde 1642 der Abt von St. Vitus in Gladbach damit betraut, „omnia et singula statuta colligere,

in certum ordinem redigere et redacta futuro capitulo praesentare, ne quis ignorantiam statutorum praetendere possit.“ Erst nach zwei Jahren konnte er dem Generalcapitel zu Seligenstadt wenigstens einen „indicem statutorum omnium annalium Capitulorum magna industria collectum“ vorlegen. Dieses Inhaltsverzeichnis wurde hierauf zwei Ordenspriestern aus Werden und Seligenstadt übergeben, um es im Namen und unter Respicienz ihrer Aebte auszuarbeiten. Ihre Arbeit kam jedoch nicht zum Druck. Das in Rede stehende Compendium Statutorum Congr. Bursf. O. S. B. ist eine Abschrift derselben. Ob deren noch mehrere vorhanden sind? Ueber diese Frage, sowie über die Existenz von gedruckten Bursfelder-Statuten könnte Dr. Carl Grube, der in seinem „Johannes Busch“ so schätzenswerte Beiträge zur Geschichte der Windesheimer- und Bursfelder-Congregationen zu liefern im Stande war und (Seite 131) bemerkt, dass „die Bursfelder-Statuten zuerst in St. Peter zu Erfurt gedruckt worden“ seien, am ehesten Aufschluss geben.

2. Um in das reichhaltige Material des „Compendiums“ einen allgemeinen Ein- und Ueberblick zu gewähren, dürfte es nicht ungeeignet sein, das vollständige, auf den letzten fünf Seiten des Fascikels enthaltene Inhaltsverzeichnis zum Abdruck zu bringen:

Index Compendii Statutorum.

| | |
|---|--|
| Abbas. | Cursum B. M. V. et officium defunctorum. |
| Abbatibus absentes a Capitulo annali. | Candelarum usus in cellis. |
| Abbatum actio in alterum. | Cantus. |
| Abbatum computus. | Capitulum annale et Bursfeldensis unio. |
| Abbatum confessarius. | Capitulum culparum. |
| Abbatum vestitus. | Carcer. |
| Abbatum benedictiones et usus pontificalium. | Casus reservati. |
| Abbatum electio. | Causae Romanae. |
| Abbatum jurisdictio spiritualis. | Cella. |
| Abbatissa. | Cellerarius. |
| Abstinentia ab esu carniarum. | Claves furtivae. |
| Abstinentia regularis reliqua. | Colloquium. |
| Alchimia. | Confraternitas Congregationis Bursfeldensis. |
| Alienatio bonorum monasterii et aggravatio. | Contentio inter fratres. |
| Altare. | Contributio generalis. |
| Appellatio extra ordinem vel auxilii extra ordinem quaesitio. | Conversi. |
| Breve apostolicum concernens | Convictores. |
| | Declamationis exercitium. |

Donati.

Festa.

Formarum diversarum exemplar.

Formae variae absolutionum.

Forma juramenti in Capitulo annali ab Abbatibus uniendis praestandi.

Forma novo Abbati promittendi obedientiam.

Forma literarum confraternitatis Congr. Bursf.

Forma procuratoris sufficientis.

Forma sive copia a Clemente VIII. datae confirmationis privilegiorum unionis seu Congr. Bursf.

Forma seu tenor literarum protectoris Congregationis Cardinalis Bandini pro seminario.

Forma seu tenor literarum Urbani VIII. pro Seminario promovendo.

Forma absolutionis papalis pro fratribus Congregationis in articulo mortis.

Gradus academici.

Hospitalitas.

Incontinentia.

Incorrigibiles.

Indulgentiae.

Indulta apostolica subreptitia.

Infirmi.

Lector et minister mensae.

Librorum editio.

Litania.

Magister novitiorum.

Mandatum fratrum.

Martyrologium.

Meditatio.

Missae celebratio.

Missae auditio.

Ministri monasterii saeculares.

Mitrae usus.

Monachus.

Monachorum confessarius.

Monachi egredientes clausuram vel monasterium.

Monachi itinerantes.

Monachi fugitivi.

Monachi missi ad alia monasteria.

Monachorum vestitus et utensilia.

Monachorum numerus.

Monachi transeuntes ad alium ordinem.

Moniales.

Monialium confessarius.

Monialium clausura.

Monialium vestitus et utensilia.

Monialium numerus.

Mortirologium et nomina defunctorum.

Novitius.

Nuntius.

Nuptiae.

Officiales monasterii.

Officium divinum.

Organum.

Pastor, praepositus aut quivis extra residens.

Patrinus.

Patroni congregationis.

Praesidens principalis, et Conpraesidentes.

Prior.

Privilegia.

Procuratorium.

Proprietas.

Rasura.

Recessus capituli annalis.

Refectio.

Regula.

Resignatio officii abbatialis.

Seminarium.

| | |
|--------------------------|------------------------|
| Seniores. | Vigiliae defunctorum. |
| Sigillum. | Vinum. |
| Sequentia. | Visitatio. |
| Silentium. | Visitatores. |
| Simonia. | Visitorum expensae. |
| Studium literarum. | Visitorum autoritas. |
| Suffragia pro defunctis. | Visitorum scrutinium. |
| Suffragia pro Abbatibus. | Visitorum officium. |
| Suffragia communia. | Vox activa et passiva. |
| Venatio. | |

* * *

3. Allzu grossen Raum würde ich in Anspruch nehmen müssen, wollte ich sämtliche oder auch nur die meisten der in diesem Inhaltsverzeichnis angedeuteten Capitularstatuten mittheilen. Nur diejenigen will ich behufs weiterer Kenntnissnahme zum Abdruck bringen lassen, in denen sich der strenge Ernst der damaligen Ordensdisciplin besonders abspiegelt, und welche für die Geschichte derselben von Bedeutung sind. Ich folge hiebei der alphabetischen Ordnung der Handschrift.

Abbatibus non valentes venire ad Capitulum caveant subordinare scripta principum pro excusationibus suis, sed mittant sua procuratoria secundum formam in Caeremoniis nostris expressam. Stat. 1468, 1470.

Abbatibus 24 milliariibus a Capitulo annali distantes non sunt obligati occurrere nisi in tertio anno, ita tamen, quod mittant procuratorium sufficiens. Stat. 1459, 1460, 1461, 1470.

Abbatibus contumaciter absentes per visitatores sub poena excommunicationis majoris latae sententiae ad obedientiam et realem solutionem sunt compellendi. Stat. 1582.

Non comparentes nec se sufficienter et juste excusantes mulctam pecuniariam triginta talerorum imperialium numerare sint obligati. Stat. 1582.

Abbatibus et Cellerariis negligentes singulis annis facere computationem, stabunt in loco novitiorum, donec perfecta fuerit computatio, nec visitator licentiam dare debet prorogandi computationem sine rationabili causa. Stat. 1476, 1477.

Inhibemus, ne ratio reddituum amplius reddatur profanis sive externis, nec ulli principum. Stat. 1558.

Nullus Abbatum praesumat emere pannum ad tunicas, cujus tres ulnae excedant valorem unius floreni Rhenensis; et Abbatibus deferant bireta, quorum duo pretium unius floreni non excedant. Stat. 1468, 1494, 1500.

Nullus Abbatum ornamenta ecclesiastica benedicat, nisi

tantum pro usu sui proprii Monasterii, demptis his qui a dioecesano licentiam ad hoc faciendum habent vel indultum. Stat. 1486, 1489.

Omnibus Abbatibus nostrae Unionis sub poena suspensionis a divinis interdicimus usum benedictionis solemnis, quam ipso facto incurrant a solis visitatoribus absolvendi. Stat. 1497.

Graviter et severe interdicitur esus carniū. Stat. 1485, 1498, 1523.

Nullus Abbas permittat alicui fratrum esum carniū, nisi prius per diem et noctem aeger decubuerit. Stat. 1498.

Carniū comestor aut consentiens ipso facto tanquam suae professionis calumniator et transgressor iudicatur et ad arbitrium Capituli sine misericordia puniendus erit. Stat. 1512, 1644.

Cujusvis Abbatis discretioni a Capitulo relinquitur, ut considerata substantiae, proventuum et loci qualitate, quamdiu durat illa nunquam audita piscium caritas, possint in feriis secundis et quartis quoad esum carniū, in prandiis praesertim aliquantulum dispensare. Stat. 1626.

Frater repertus in ebrietate, si publice id factum sit, publicam agat poenitentiam in pane augustiae et aqua tribulationis, ut ceteri metum habeant. Stat. 1564.

Cum impossibile est quidquam praeclari a Religioso sperari posse, quam temperantiae virtuti sese non dederit, omnibus viribus enitentur R. R. D. D. Abbates et Priores, servari Caput Regulae 39. et 40. et illud capitulum 43. ne quis praesumat ante statutam horam vel postea quicquam cibi aut potus sumere. Stat. 1603.

Tabaci et aliorum peregrinorum medicamentorum usum (si forte ad aliquod monasterium tale quid referretur) penitus interdicimus. Stat. 1637.

Mandatur serio R. R. D. D. Abbatibus, ut omni cura dispiciant, ne quisquam cujuscunque etiam Status vel ordinis fratribus extra communis refectionis tempus potum quemcunque propinet; neque quisquam fratrum praesumat de foris extra monasterium sibi cujuscunque generis potum afferri. Fratres deprehensi per triduum in pane et aqua sine ulla dispensatione vel gratia poenitentiam agant. Stat. 1625.

Inhibetur serio usus male introductus propinandi haustum pomeridianum. Stat. 1653.

Nullus Abbas, Praepositus, Prior, Abbatisa, Magistra, Priorissa, frater vel soror nostrae Congregationis implorare praesumant, per se vel per medias personas verbo, facto, signo vel scripto quorumcunque potentum, sive ecclesiasticorum sive saecularium, vel aliorum hominum quorumcunque utriusque sexus auxilia, consilia, contra obedientiam Capitulo factam, vel subterfugia seu mina verborum vel literarum procurare. Contrarium

facientes, consilium, auxilium seu impedimentum praestantes seu quomodo procurantes, de facto excommunicationem latae sententiae incident, a qua excommunicatione a nemine possent absolvi, nisi per unum Praesidentium vel Visitorum. Stat. 1470, 1640.

Capitulum annale frequenter celebrandum est, eo quod frequens annalis nostri Capituli celebratio sit agri Religionis praecipua cultura, quae vepres, spinas et tribulos negligentiarum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat et vineam Religionis ad frugem uberrimae fertilitatis adducit, illius vero negligentia disseminat mala et fovet. Stat. 1521, 1523.

Quicumque Abbatum reum se novit in aliquo statutorum, coram Praesidentibus in annali Capitulo se accuset, veniam petat, conscientiam humiliter expurget. Abbates absentes suis manibus scribant iisdem Praesidentibus vel committant procuratoribus suis negligentias in statuta maxime poenalia commissas, quatenus conscientias suas secundum regulam valeant serenare. Stat. 1497.

Nullus monachus sine licentia sui Abbatis aut visitoris ad Capitulum annale accedere praesumat in quacumque etiam causa; quicumque id fecerit, sine dilatione statim in eodem loco incarcerabitur. Stat. 1495, 1497, 1600.

Abbas semel ad minus in mense Capitulum culparum servet, et Prior ad minus bis in hebdomade. Stat. 1536.

Mandat Capitulum Abbatibus singulis ut quilibet (?) carcere, eoque satis forti provisus sit sufficiente ad refractarios, superbos et contumaces reprimendos. Stat. 1602, 1667.

Cellerarii et ceteri officiales nunquam Monasterio exhibunt absque speciali licentia Abbatis, capitulo culparum saepe intersint, alias deponantur. Stat. 1575.

Si qui Religiosi inveniantur habere adulterinas claves, gravissimis poenis, imo et carceris poenis subiacebunt. Stat. 1630.

Colloquia fratribus solum diebus feriatis, non autem festivis et celebribus dentur, nec permittantur saeculares personae his interesse; sint colloquia de aedificatoriis, potus et cibus colloquiis his non inferatur. Stat. 1496, 1574.

Non tantum saeculares de profectu spirituali non multum curantes, sed etiam personae femineae sub excommunicatione majori latae sententiae omnino a colloquiis et solatiis aliisque conventibus fratrum arceantur, nec alicujus affinitatis vel sanguinis junctio hic attendi debet. Stat. 1596, 1600.

Lusus chartarum et alearum sub poena majoris vel minoris culpae omnibus interdicitur. Stat. 1575.

Colloquia pomeridiana cum poculentis et esculentis omnino de Monasterio tollantur. Stat. 1629.

Qui pugno vel aliquo instrumento aliquem caedere praesumpserit, mox carceri includendus erit. Stat. 1556, 1597.

Singulis diebus festivis ante prandium seu a prandio fratres juniores alternatim aut concinentur e suggestu, vel declament; quam constitutionem sub poena summa observari volumus. Stat. 1558.

Capitulum Regulae de suscipiendis hospitibus per omnia observetur sub obedientia, quam omnes debemus; exigimusque praesertim, ut mox cum venerint, ducantur ad orationem. Stat. 1560.

Hospitibus etiam suscipiendis et tractandis nullus fratrum praesumat se adjungere, nisi ii quibus ex officio incumbit juxta Regulae praescriptum. Stat. 1575.

Qui insciis suis Abbatibus literas extra monasterium mittunt, mulctandi sunt per tres menses pro qualibet vice abstinentia vini, vel alia poena simili aut graviori. Stat. 1658.

Exercitium meditationum cum recollectione strictissime practicari et observari praecipimus, et ne unquam intermittatur, Priores quam diligentissime advigilabunt, super quo etiam conscientias eorum oneratas volumus. Stat. 1617, 1624.

Relatum est quosdam impudenter non tantum portam regularem egredi, sed et aedes et tabernas monasteriis proximas non sine gravi scandalo frequentare, nuptialibus conviviis et aliis conventionibus se immiscere, quod sub poena excommunicationis serio prohibemus. Stat. 1568.

Non praesumant fratres in itinere constituti ad alia divagare loca se divertere, nisi ad destinata loca; quod si huic mandato non paruerint, graviori poenae subjicientur. Stat. 1554.

Fratres de itinere reversi viaticum a quocunque officiali acceptum, quod superest, eodem die restituant et de exposito rationem reddant, antequam se reponant, aut sequenti die antequam comedant sub poena corporali Praesidentium arbitrio infligenda. Stat. 1486, 1488.

Si fratres instantias faciant ad visitandos parentes vel Patriam ex propriis motivis, nullatenus iis sui Abbates consentiant absque permissione visitorum; remanet tamen potestas Abbatibus, fratres suos mittere ex causis rationabilibus in causis Monasteriorum. Stat. 1481, 1531, 1556.

Fratres de licentia sui Praelati exeuntes ad civitates aut pagos non praesumant, ibidem bibere aut manducare sub poena arbitraria Abbati reservata. Stat. 1656.

Inhibetur serio ne fratres obtenta licentia exeundi e monasterio invisant monasteria monialium aut ad ea divertant casu necessitatis excepto.

Fratres in aliis monasteriis, ad quae per suos superiores missi sunt, degentes, non praesumant motu proprio sine revocatione Praelati sui illinc discedere sub poena carceris, nisi R. R. D. D. visitoribus ex causa rationabili aliud videatur. Stat. 1628, 1630.

Quicumque frater dimissus ad aliud monasterium fecerit professionem in tali loco, de cetero pro filio istius monasterii habeatur, ubi secundo professus est, et amodo introitus primi monasterii sui ei merito denegetur, nisi ambo Abbates inter se concordarent aliter fieri. Stat. 1514.

Caputia mantellorum, pluvialium et scapularium ipsis mantellis et scapularibus, quemadmodum floccorum et cucullarum sint consuta; nec non dormientes cuculla et tunica cum caligis ad minus sint vestiti. Stat. 1464.

Nullus Abbatum suis fratribus in dormitorio seu aliis cellis lectos de plumis ad operiendum indulgeat ullomodo, salvis infirmis in loco infirmorum. Stat. 1496, 1498.

Propter vitanda scandala et animarum pericula praecavenda statutum est, quod nemo Abbatum praesumat ordinare aut mittere in monasteria Monialium aliquem fratrem monachum sine socio monacho. Stat. 1481, 1482.

Advigilabunt serio R. R. P. P. Commissarii, ne tempore professionis et primae vestitionis monialium amici, cujuscunque gradus aut sexus, intra clausuram admittantur ad inibi convivia cum musicis instrumentis celebranda. Stat. 1619.

Nullis deinceps caputium conferatur sine consensu conventus, ne cum novitiandi sunt turpius ejeciantur, quam non suscipiantur. Stat. 1536.

Serio mandant Patres, ne illegitime nati suscipiantur ad nostrum Ordinem contra nostram antiquam consuetudinem et Ordinis statuta. Stat. 1575.

Novitii assumendi examinentur diligenter, num parentes habeant filiorum adjutorio indigentes, ne post Professionem ejus causa inquietetur monasterium, ac sub praetextu pietatis paternae palliata diu vagandi licentia periclitetur. Stat. 1651.

Professuri intra sex hebdomades ante professionem coram notario et testibus condant testamentum et quidem per notarium publicum conscribendum. Stat. 1651, 1654.

Prior, Cellerarius et alii officiales non debent habere sua diverticula sub praetextu officiorum. Stat. 1596.

Tarde occurrentes ad divinum officium citra personarum rationem puniendi sunt; a Matutino vero se absentantes de terra in pane et aqua comedent, et si eis gratia fiat, saltem a vino abstinebunt. Stat. 1557.

Capitulum ordinat, officium divinum esse persolvendum devote, tractim, horis competentibus, uniformiter. Ante omnia

autem advertendum, quod in horis canonicis circa versum medium pausam plenam et in fine versus simiplenam servant. Stat. 1656, 1662.

Nullus Abbatum ullum suorum monachorum permittat alienam suscipere parochiam, quae monasterio suo non sit incorporata, cum id apertissime sit via ad nequissimum proprietatis vitium; eos autem, qui tales parochias habent, primo tempore ad monasterium revocent et nullos redditus eos percipere permittant aut patiantur. Stat. 1603.

Ante omnia vetandum duximus pastoribus nostris idque sub summa inobedientiae poena, ne quid ex proventibus sibi vindicare praesumant. Stat. 1566.

Interdicitur omnibus Abbatibus, Praepositis, Prioribus, monachis, Conversis, Donatis seu quomodolibet nostrae unioni subiectis, ne pueros de fonte baptismatis levare praesumant, sive nobilium, sive principum, sive quorumcumque aliorum. Stat. 1501, 1535, 1617.

In absentia D. Abbatis extra monasterium Prior exire non praesumet, multo minus aliis exeundi licentiam dabit. Stat. 1554, 1570.

Ordinant Patres, ne quis in D. Abbatis absentia plus exigat a Priore, quam in ejus sit potestate. Stat. 1554.

Sub poena excommunicationis mandatur Prioribus, ne absentibus praelatis licentiam praesumant dare fratribus exeundi et Parentes aliosque saeculares seculariter salutandi. Stat. 1630.

Prior absente Abbate non praesumat absque Abbatis scitu et licentia extraneos ad refectorium introducere, si secus fecerit a D. Abbate puniatur. Stat. 1656.

Si quod peculiare inventum fuerit, quam severissime pro delicti ratione puniatur; Stat. 1560; publice corum omnibus in Capitulo gravissime castiget. Stat. 1575, cum istud vitium certissimus sit laqueus diaboli, quo claustrales capere solet et in profundum hujus saeculi pelagus praecipitare.

Voto paupertatis ex diametro contrarium esse certo certius est, quod quibusdam permittitur habere pecuniam pro vino bibendo et aliis non necessariis rebus; hanc iniquam indulgentiam manifestum seminarium et fomentum esse iniquissimae proprietatis, nemo nisi communis intelligentiae experts ignorat; habebunt itaque curam maximam hi qui praesunt, ut hic abusus juxta regulam tollatur, et gravissime puniantur huic vitio nimium detestando obnoxii. Stat. 1557, 1566.

Si quid de fructibus, arboribus, pomis, nucibus etc. vendendum fuerit, non per fratres, sed per Abbatem aut Cel-

lerarium ad commodum et utilitatem monasterii vendatur. Stat. 1612.

Esculenta, poculenta aut alia quaecumque sine licentia Praelati aliis dare non solum fratres Conventuales, sed etiam in officiis constituti prohibentur sub gravissimis poenis, imo et carceris. Stat. 1630.

Fratribus in refectorio vagis visu existentibus apponetur signum ligneum †, in quo erit scriptum „Averte oculos meos,“ ut hi erubescerent visum contineant et ad lectionem intendant. Stat. 1458.

Quidquid Regulae et Unioni et annalibus Capitulis atque visitationibus approbatis adversum est, sciant fratres sibi non licere, et ab Abbate corrigi debere, non obstante diuturna consuetudine. Stat. 1470, 1474, 1530, 1540, 1640.

Statutum est, quod Domini Abbates cedentes vel alias renuntiantes nunc et in futurum in locis, ubi abbates fuerunt, remanere debent et tractari secundum merita vel demerita; vel si rationalibus de causis transferuntur, tunc fiat expensis monasterii ejusdem, ita tamen quod summa expensarum numerum viginti quatuor florenorum non excedat. Stat. 1469.

Abbates renunciantes et cedentes infra mensem post cessionem provideant sibi de aliquo Abbate, cui obedientiam praestent; alioquin contra eos per visitatores procedatur; is vero quem elegerint, ea illis praescribat, quae ad quietem et aedificationem monasterii, in quo versatur, faciant. Stat. 1599.

Mandatur Prioribus, ut districtissime silentium temporibus et locis prohibitis servari curent; ad totum namque monasterium, imo ipsam Religionem reformandam nihil aliud requiritur, quam ut silentium reformetur; si illud ibidem sit, jam per reformata habebitur, exulante vero illo statim videre est oriri quaerelas, discursus, murmuraciones, suspecta conventicula, quae confabulationibus ejusmodi aluntur; accedit quod inde causentur privatae computationes, quas tamen omnino vigore frequentium annalis Capituli decretorum remotas esse vult et serio mandat P. P. Prioribus sub poena excommunicationis, a qua non nisi a Praelatis suis absolvi poterunt. Stat. 1630.

Verum est et negari non potest, quosdam in monasteriis propria trahente inquietudine, lascivia, levitate et insolentia ita vivere, ut nullam non exsuscitent turbationem, collapsam disciplinam magis magisque sua garrulitate dilatent, penes quos exercitia spiritualia pene extincta et emortua sunt; advigilabunt itaque Abbates et Piores, ut talium turbulentorum fratrum dignis et rigidis poenitentibus coercatur inquietudo et irreligiositas. Stat. 1582.

Abbates supremam adhibeant diligentiam, quatenus fratres saluberrimo litterarum studio invigilent; suspecti tamen et damnati ab Ecclesia libri et tractatus summopere vitentur; transgredientes hanc constitutionem gravissime puniant. Stat. 1541, 1549, 1557.

Quisquis Abbatum studeat omni conatu eruditionem ac pietatem in suo monasterio promovere, vel mittant fratres, quos institui cupiunt, ad ea monasteria, ubi scholae sunt erectae. Stat. 1549, 1554, 1560, 1571, 1578, 1607.

Non intendant Abbates per seipsos, neque Cellerarii aut alii fratres venationi, quae cum strepitu est conjuncta. Stat. 1604.

Accepimus cum summo animi dolore, aliquibus in locis vinum adustum seu sublimatum aqua juniperorum vinum (proh pudor Ordinis!) proponi, quod perditorum Religiosorum est et turpissimi quaestus sectatorum, aliquos etiam ad ebrietatem in eo computare cum externis . . . Quare D. D. Abbates has merces sub gravissima indignatione Capituli ut lethales penitus tollant. Stat. 1547.

Stupendam illam et in omni Religioso execrabilem deformitatem ebrietatis, interfetricis nimirum divini et humani timoris, secumque non raro trahentis in aliquibus locis otium foedum atque illicitum lusum, (quod certe in monacho abominabile scandalum) quem vocant chartarum, ita damnatum volunt Capituli Patres, ut quilibet in suo monasterio unice id agat atque efficiat dignis adhibitis remediis, ut hoc pestiferum malum (unde factum est et hodie fit, quod reverentia sanctissimae Religionis nostrae tam inique vilescit et varie apud varios male audimus) funditus exstirpetur; nec liceat angulos quaerere, ne occasio detur; una quasi vocula hujus summe destructivi mali substantiam comprehensam volumus, nimirum ut brutescens isthaec inclinatio nullo modo diutius in monasteriis toleretur, sed in locum hujus renovetur et studii regularis diligentia continuatioque major, et meditationis pientioris effectus. Stat. 1599.

Visitationes fiant de biennio in biennium, ita tamen ut per hanc ordinationem visitatores non limitentur, quin monasteria iis commissa visitare possint et debeant, quoties opus fuerit, expensis monasteriorum visitandorum. Stat. 1473, 1476.

Prohibemus omnem conspirationem, conventionem seu colligationem inter Abbates et monachos super tacendis culpis, negligentis et defectibus Abbatum et subditorum in visitationibus, itemque omnem rancorem, contumeliam et objectionem super dictis vel factis in visitatione, ut neque Abbas fratribus, neque frater fratri super his aliquid objiciat sub poena suspensionis, si fuerit Abbas, aut si monachus fuerit, sub poena comestionis panis et aquae de terra, usque ad revocationem Abbatis. Confirmatur

tertio 1497, hoc adjecto quod poena suspensionis Abbatum in aliam est commutanda et per visitatores et praesidentes infligenda.

Visitati, ut statuta et ordinationes Visitorum in praxin redigant, obligantur, quod ut fiat omnia necessaria fratres a Patre monasterii sperabunt. Stat. 1649.

Ordinatum est, quod visitatores a Capitulo nostro deputati omnem auctoritatem tam in apostolicis sanctionibus, quam etiam in nostris privilegiis et ordinationibus iis indultam et specialiter commissam non modo habeant, sed etiam realiter et cum effectu exequi debeant, sententias censurarum fulminando et poenas temporales imponendo, ubi et quando opus perspexerint, advocando ad solatium ordinarios locorum praesidentes et definitores Capituli nostri, aut etiam brachium seculare, si ita res exegerit. Stat. 1474, 1477.

Visitatores diligens scrutinium facient de qualitate vestium et aliarum rerum nostris ad usum regulariter permissarum; curiositates, sumptuositates, superfluitates districtius corrigentes absque personarum acceptione. Stat. 1474, 1476.

Visitatores non solum relationem defectuum in monasteriis visitatis repertorum facere plenariam sint adstricti Dominis praesidentibus, sed etiam teneantur de subveniendi et emendandi modo cogitare et consulere, ne ipsi Praesidentes tempore Capituli nimium graventur, maxime cum nemo melius consulere possit, quam visitatores, qui locum, personas, conditionesque singulorum ex depositionibus eorumdem noverunt. Stat. 1498.

* * *

Die hier mitgetheilten Statuten sind ein thatsächlicher Beweis und rühmliches Zeugnis, dass in der Bursfelder Benedictiner-Congregation die Ordensdisciplin nach der Regel des hl. Ordensstifters streng bewahrt und zur Aufrechthaltung und Förderung derselben einzelnen Ausschreitungen durch capitulare Vorschriften, Monitorien und Strafbestimmungen stets energisch entgegengetreten wurde. Dieser wachsame und thätige Eifer für die Herstellung der gesunkenen und für die Reinhaltung der hergestellten Ordensdisciplin verschaffte dieser Congregation von den Tagen ihrer Gründung an (1440) in kurzer Zeit nicht bloß eine überraschend weite Ausbreitung, sondern auch ein wohlverdientes hohes Ansehen, und gab derselben eine solche Festigkeit, dass sie durch die hereinbrechenden wilden Stürme und greulichen Verwüstungen der Reformation zwar in ihrem Wachstume gewaltig gehindert und in Folge des westphälischen Friedens durch Unterdrückung mehrerer zu ihr gehörigen Klöster stark decimirt, jedoch nicht gänzlich vernichtet wurde, sondern sich bis zur unseligen Säcularisation am Anfang unseres Jahrhunderts forterhielt. Bis jetzt besitzen wir

ausser der kleinen Schrift „die Anfänge der Bursfelder Benedictiner-Congregation“ von Evelt noch keine Geschichte dieser berühmten und hochverdienten Congregation. Sicherem Vernehmen nach denken die rührigen und literarisch thätigen Beuroner-Benedictiner von Maredsous in Belgien diesem Mangel abzuhelfen.

Aus dem ehemaligen Klosterarchiv der Benedictiner zum hl. Nikolaus in Prag.

Mitgetheilt von Ferd. Tadra, Scriptor der k. k. Universitäts-Bibliothek zu Prag.
(Schluss aus Jahrgang XI, Heft 1, Seite 68—92.)

Fasciculus V.

Fabri.

Num. 1. Faber ordinarius, accepit per 19 annos ab a. 1687 usque ad a. 1708 1514 fl. 26 kr.

Num. 2. Faber serarius, Joannes Georgius Knobloch, civis et serarius Pragensis, quem iam ab a. 1695 (et forte jam antea) pro monasterio continuo laborasse comperio et qui hactenus pro eodem monasterio (scribo vero hoc a. 1732) laborat, non computatis laboribus eius pro novis monasterii aedificiis, ut nova abbatia, refectorio utroque, novo conventu, seraturis in novis praediorum aedificiis factis, accepit tamen a monasterio ab a. 1695 usque ad a. 1708 1072 fl. 49 kr.

Num. 3. Faber lignarius pro 4 annis usque ad a. 1698 accepit 44 fl. 8 kr.

Num. 4. Faber aerarius annos habet specificatos 1690, 1691, 1694, 1695, 1696, 1698, 1707 et accepit: 128 fl. 57 kr.

Fasciculus VI.

Opifices quidam alii, ut sartor, statuarius, piscatrix, smigmator, hortulanus, horologarius et aliae expensae.

Num. 1. Sartor. Hic non habet (quia communiter suum habebat monasterium in monasterio et agebat simul domus praefectum, qui meo tempore fuit Georgius Chrasstiansky) nisi pro a. 1698 et uno anno anonymo 5 fl. 41 kr.

Num. 2. Statuarius. Consignatio quid datum fuerit d. statuario Matthiae pro novo tantum ferme altari a. 1710 erecto, id est 534 fl. Item domino Reifenzammer statuarius, qui habitabat in domo nondum nostra ad Auream faciem dicta pro quibusdam cyradis, cuius deinde filius ecclesiasticus factus in nostra ecclesia habuit primitias, nimirum 40 fl., in una summa 574 fl.

Num. 3. Piscatrix. Pro duobus duntaxat annis, anno nimirum 1688 dominae Catharinae Ssgrafferianae 117 fl. 15 kr. 3 Pf. et